

729. 15
33
1718, 28^a
**DISPUTATIO INAUGURALIS JURIDICA
DE POSITIONE
ULTIMA**

Von dem letzten Saß/

Quam.

**TRIUNO DEO ANNUENTE
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO**

DN. GUILIELMO HENRICO,
DUCE SAXONIÆ, JULIÆ, CLIVIAÆ, AC MONTIUM, ANGARIÆ,
WESTPHALIÆQUE ET RELIQUA,
IN ACADEMIA SALANA
EX DECRETO ILLISTRIS JCTORUM ORDINIS
P R Ä S I D E
D O M I N O

CHRISTIANO WILDVOGELIO,
JCTO, SERENISSIMO DUCI ISENACensi A CONSILII INTIMIS,
CURIAE PROVINCIALIS ASSESSORE, COLLEGIORUM JURIDICORUM
SENIORE, UT ET ANTECESSORE IN ACADEMIA
JENENSI

**PARENTE OMNI PIETATIS CULTU ATQUE FILIALI OBSER-
VANTIA OMNE ÆVUM VENERANDO
PRO GRADU DOCTORALI
PUBLICÆ ERUDITORUM DISQVISITIONI SUBMITTIT**
D. JUN. M MCC XVIII.

JOHANN FRIDERICH WILDVOGEL.

JENÆ, LITTERIS MULLERIANIS.



DISPUTATIO IN VINCULIS TRIDICIA
DE POSITIONE
ULTIMA

SOLI DOMINI IESU CHRISTI 1594

BRUNNUS

TRIDICO DEO VINCULIS TRIDICO
RECTORIS MAGISTRICENSITATIS TRIDICO

DN. GUILIELMO HENRICIO

DUC Saxonie, Litterarum, AC MONTIVM INGENIE

ARMATORVM FORIE ET RICARUM

ARMATORVM FORIE ET RICARUM

EX DECREE TO TUTELARIS CIVITATIS QVINQVE

EX DECREE TO TUTELARIS CIVITATIS QVINQVE

DOMINO

CHRISTIANO MUNDACERIO

REGIS SAXONIAE ET DUCIS LIPSIENSIS A CONFESSORI TRIDICO

SERMONE, ET ET ANTHEMOS IN ACCADEMIA

TRIDICO, ET ET ANTHEMOS IN ACCADEMIA

TRIDICO, ET ET ANTHEMOS IN ACCADEMIA

PRO GRADII DOCTORATI

UNIVERSITATIS ETERNITATIS TRIDICO, ET ET ANTHEMOS IN ACCADEMIA

JOHANN FRIEDRICH MUNDACERI

DE NATA, LITTERIS MUNDACERI



B. R. A. T. O. D. B. V.
silvia sibi tota i. Q. D. B. V.
suntque ob. IV. did. e. t. d. a. n. e. s. t. e. n. i. m. i. t. e.
t. o. l. i. c. a. v. a. b. o. r. u. m. a. t. a. s. t. a. n. d. a. s.
bon. O. v. a. r. a. n. d. a. s. t. a. n. d. a. s.
s. d. r. a. l. i. c. a. v. a. b. o. r. u. m. a. t. a. s. t. a. n. d. a. s.
m. o. n. i. l. l. o. c. o. r. a. l. f. o. m. u. l. l. o. c. o. r. a. l. f. o. m. u. l.

CAPVT I.
Præliminaria complectens.
S. L.

Ardinem jurisprudentiæ constituit caput de *Judicis* atque *Processu*. Est vero judicium seu processus nihil aliud, quam legitima (i. e. præscriptis legum & ordinationibus convenientis) disceptatio & tractatio, super re controversa, coram judge, inter personas litigantes, litis finienda gratia instituta. Struv. S. J. C. Exq. tb. 2. Famosa est questio: An judicia hominibus christianis convenient? quam haud prætermittendam censemus, quia nobis liquere debet, an opera danda sit, an abstinentiam tali arte, cuius fundamentum animabus intercedendum foret.

§. II.

Enimvero id facile impetraverint judiciorum inse-

A 2 Sta-

71.

46 (4) 60

statores, multo præstabilius esse, litigiis abstinere, si iudicari potest, viamque amicæ compositionis longe esse præferendam contentioni judiciali. Idque loca sacræ scripturæ ab illis proferri solita, quæ pleraque vel in hunc sensum, vel de privatis litigiis, aut de publicis immoderatè apud infideles exercitis contentionebus loquuntur, haud difficulter mihi persuaserint, Matth. V. v. 40. & VI. v. 14. seqq. Epist. ad Rom. XII. v. 19. I. ad Cor. VI. v. 7. Patrius frequenter placuit distinctio, inter judicia civilia, & criminalia, fere ut Chrysostomus Lib. VII. de penit. Pulcrum est, ait, *lites pecuniarias transactionibus amicis prevenire, criminales autem nec ab initio exercere. Quod vero in omnibus christianis pulchrum & laudabile habetur, id in clericis deinde versum est in necessitatem.*

§. III.

His ita consideratis, omnem absolvit disceptationem de judiciis tam criminalibus quam civilibus, inevitabilis eorum necessitas, cum mortale hominum genus adeo corruptum sit, ut nec juris naturalis præcepta, multo minus christianismi regulæ ei cordi sint. Est igitur res indubitate, sine judiciis nihil fore inter homines, quam bellum omnium contra omnes & promiscuum latrociniuum esse expectandum, juxta vulgatum illud; *Vbi desinunt iudicia, ibi incipiunt bella,* idque firmatur ex Epist. ad Rom. XIII. v. 4. seq. I. ad Timoth. VI. v. 1. seq. Conf. Hub. de judic. §. r. Amelius L. V. de conscientia, Cap. 54. qu. 2.

§. IV.

Post constituta igitur in qualibet bene ordinata Re-
publ.

1376

publ. judicia, sua sponteque sequitur, non esse licitum,
privata manu, quod sibi debetur, persequi, sed quemque
juxta formam a superiori præscriptam, allaborare de-
bere, ut suum obtineat. Hanc in rem habemus me-
morabile, tam verbis quam sententia effatum Impera-
toris in l. 13. ff. quod mut. caus. Extat enim, inquit JCtus
Callistratus, decretum D. Marci, in hac verba: Optimum
est, ut si quas putas te babere petitiones, actionibus ex-
periaris. Cum Marcianus diceret, vim nullam feci: Ca-
esar dixit, tu vim putas esse solum, si homines vulneren-
tur? Vix est & tunc, quotiens quis id, quod sibi deberi
putat, non per judicem reposcit. Quisquis igitur proba-
tus mibi fuerit, rem ullam debitoris, vel pecuniam debi-
tam, non ab ipso sibi sponte datam, sine ullo judice teme-
re possidere, vel accepisse, etsque sibi jus in eam rem di-
xisse; jus crediti non habebit. Ratio redditur in l. 176.
pr de R. I. ubi Paulus JCtus, Non est, inquit, singulis
concedendum, quod per magistrorum publice possit fieri,
ne occasio sit majoris tumultus faciendi. Add. E. n. & ult.
ff. ad L. Jul. de vi publ. l. 7. C. unde vi.

S. V.

Non tamen hocce modo omnem omnino vi-
dictam privatam volumus exclusam, cum ipsa san-
atio nonnullis in casibus contrarium dictaret, atque
lex civilis permittat; Veluti cum res moram non-
fert, ut in moderamine inculpate tutelæ, l. 3. de I.
& I. item in detentione debitoris fugitiivi, l. 10. §. 6.
& l. pen. in fin. que in fraud. credit. Huc etiam pertinet
Lex XII. Tab. Si nox furtum faxit, se vim aliquis occisit,

A 3

jure

1373.

§ (6.) 55

jure casus esto, cuius meminit Cajus eamque late explicat in L. 4. §. 1. ad Leg. Aquil. juncta Lege p. ad Leg. Corn. de sic. it. L. 9. §. fin. de Leg. Pompej. ut alios casus silentio præteream, quos collegit B. Struv. in eleganti tractatu de vindicta privata.

§. VI,

Si divisiones judicij & processus paucis adumbrare volumus, constat, illum primario ab objecto diyidi, in *civilem*, quo causæ civiles, h. e. interesse actoris privatum concerentes; & *criminalem*, quo criminales, interesse scilicet publicum respicientes, tractantur. Deinde a forma uterque subdividitur in *ordinarium* & *summariū*. Non autem in defendenda hac subdivisione, moramur nārias, quas protulit Gottfried Warleff. Helvetius Schafhusanus in Tr. von Gerichts-Händeln cum iis satis sufficienter se se opposuerit consultiss. Dn. Gothofr. Barth. in Hodeg. Forens. Cap. I. p. 3. Nos potius dicimus, civilem ordinarium esse, in quo causæ civiles, secundum juris processualis præscriptum ordinam, plene & exacte sunt ventilandæ; eoque regulariter omnes causæ pertinent: Civilem summarium vero esse, in quo summarie, de simplici & plano, non observatis ubique stricte & exacte formalibus & fatalibus, causæ cognoscuntur: Quod attinet ad criminalē ordinarium, is in specie accusatorius vocari solet, in eoque ad imitationem ordinarii civilis, libellus accusatorius offerri, reus seu accusatus citari, probatio & reprobatio, nec non publicatio & disputatio attestatorum fieri solet, teste Carpzov. pr. crim. part. 3. qn. 106. n. 89. qui tamen processus

139

55 (7) 55

cessus nostris moribus rarissime instituitur. Criminalis summiarius, qui specificie inquisitorius appellatur, est, in quo iudex ex officio, etiam nullo accusatore existente, ex indicis ad ipsum delatis, in autorem criminis, vel generatimi, vel pro ratione indiciorum speciatim, inquirit. De processu summario civili adhuc notandum, eum dividi in regularem, seu in specie ita dictum, & irregularē; nec non executivum, itemque cambialem. Locum autem invenit processus summiarius, quoties singularis favor vel (1.) subjecti, ut personarum miserabilium, militum, ecclesiarum, aliorumque piorum locorum, vel (2.) objecti, veluti dotis, alimentorum, stipendiorum, salariorum & mercedis operariorum, pupillorum, mercatorum ut & cambialium causarum &c. vel (3.) finis seu interesse publici, ut in remedii possessorii, evitandæ turbæ & tumultus gratia, nec non in novi operis nuntiatione, ne urbs ruinis deformatetur, §. 29. J. de R. D. in causis sepulturæ & similibus, citissimam expeditionem suadet, adeo ut nec exacta probatio (Beweis) requiratur, sed qualiscunque etiam demonstratio (Bescheinigung) sufficiat, remissis etiam prescriptis fatalibus, conf. Dec. Elect. Sax. Nov. 4. adeo, ut, nisi in sententia certus terminus v. g. Saxonius, ad demonstrandum, daß Kläger oder Beklagter binnen Sächsischer Frist bescheinigen solle, præsinitus sit, demonstrationis fatale prius haud currat, quam pars adversa decreto vel sententia judicis, eam intra legalem terminum ei injungi faciat: Biß er dem Kläger oder Beklagten durch ein Urtheil oder Bescheid auferlegen läßt, daß er mit seine Bescheinigung binnen Sächsischer Frist einkommen solle, Barth. cit. loc.

dui

qui licet etiam opinetur, ex æquitate nec hisce ambagi-
bus causas summarias involvendas esse, sed pro abbreviando processu, nudum etiam judicis præceptum, (eine Auflage) sufficere; attamen hoc negat Excell. Dn. Berger
in elect. disc. forens. T. 20. obs. 1. p. 631. & Suppl. part. 2.
T. 10. ad obs. 1. animadv. 2. p. 299. ut hinc peculiari ter-
mino & citatione opus sit, pro obtinendo prius tali de-
creto, vel sententia præclusivum fatale continente: Daß
Kläger mit der ihm auferlegten Bescheinigung binnen
Sächsischer Frist/ bey Verlust derselben/ einzutkommen
schuldig sey.

§. VII.

Ad judicium constituendum necessario requirun-
tur tres personæ principales, & quidem in causis civilibus
actor, reus, & judex; in causis vero criminalibus accu-
sator, accusatus, & judex; vel fiscalis, inquisitus, & judex;
prout nimirum pro ratione circumstantiarum, instituitur
vel accusatorius, vel inquisitorius procedendi modus.
Accedunt præterea etiam personæ minus principales,
quo referendi sunt actuarii, notarii, procuratores, advo-
cati, nuncii. Vid. Svendendörf. ad proc. Fibig. § 3.
pag. 16.

§. VIII.

Expeditissimi juris est, ad agendum aut accusan-
dum neminem cogi invitum, l. un. C. ut nem. invic. agere
l. accus. cog. Excipe remedium ex L. diffamari s. C. de
Ingen. manum. & L. si contendat. 28. ff. de fidejuss.
Conf. Svendendörf. ad proc. Fibig. p. 1547. seq. & p. 1590.
seq. In utroque autem tam actore quam reo requiritur,
ut ha-

1376

ut habeant legitimam in judicio standi personam, quae non gaudent regulariter, servi, impuberis, minores, mulieres præcipue jure Saxonico.

§. IX.
Quod ad judicem attinet, is debet esse habilis, vir probus avaritiae non deditus & qui habet jurisdictionem competentem, de quibus singulis. Vid. Jac. Bouricius de officio Advocati Cap. XVI. & DD. in tit. de jurisd. & de judiciis.

§. X.
Si formant in judicio procedendi spectamus, consideranda sunt paucis in genere, quæ judicium præcedunt, quæ in ipso judicio fiunt, quæ denique hoc finitum sequuntur. Hæc tria occurunt, sive sermo sit de prima sive secunda instantia, speciebus licet non ubivis eisdem.

§. XI.
Quæ præcedunt judicium, sunt vel *substantialia*, vel *accidentalia*. Huc spectant supplicatio pro impestrando processu, citatio & libellus. Huc pertinent fæpius, contumaciæ accusatio, dilatio, fatisatio seu cautio, guaranda præstatio, aliaque. Quæ in judicio fiunt, sunt litis contestatio, exceptio, in primis peremptoria, probatio & reprobatio, conclusio in causa, sententia dictio. Quæ sequuntur judicium, sunt remedia suspensiva, executio.

§. XII.
Sed queritur, num judicium demum a litis contestatione, an vero a citatione incipiat? Respondens,

B hanc

1377.

§ (10) §

hanc litem anticipiter inter DD. facile .componi posse,
distinguendo inter jus.roman. & nostros mores. Jure
romano judicium a litis contestatione demum incipie-
bat, ob differentiam eorum, quæ in jure, & eorum quæ
in judicio fieri dicebantur. Injure siebant ea, quæ apud
magistratum aut prætorem peragebantur, antequam ad
judicem ieretur, veluti quæ cognitionis erant extraordi-
nariæ. In judicio vero illa , quæ post litem contesta-
tam saltem peragebantur, & apud judices datos sive pe-
daneos expediebantur: cui rei causam dedit prætor at-
que judex pedaneus, qui duo erant diversæ personæ.
Verum enim vero cum judex pedaneus atque prætor ho-
cie non amplius discrepant, sed utriusque munia ab uno
codemque expediantur, ita ut hoc pacto non amplius sit
differentia inter ea quæ in jure, & ea quæ in judicio
sunt, absurdum haud erit dicere, judicium jam inchoari
a libelli oblatione, & citatione a judice competente facta,
vid. pluribus Schilter ad ff. Exerc. 13. th. 2. seq. Dresel ad
Schœppf. tit. de judic. n. 84.

§. XIII.

Totum autem ordinatur judicium ideo, ut contro-
versia in illud deducta discutiatur, &c, an id quod peti-
tur, verum sit an falsum, utrum æquum aut iniquum,
in opicium constitutatur. Hoc igitur ut recte obser-
vatur, duos queri & obtineri debent, quorum alterum in-
facto, alterum injure consistere dicitur. Nimirum pri-
mo negotii veritas est inquirenda, & certo constituenda:
& deinde videndum, an id quod petitur cum legibus
& iustitia confiret. Hinc judex actoris intentionem
primo

1536

§ (ii) §

primo audiat, instrumenta prolata inspiciat, testimonia cognoscat: tum reo respondi ac pro se dicendi det locum, & prolatorum ab auctore copiam eidem fieri curat, data potestate probationes impugnandi. Actor postea suo ordine det facultatem, ad ea tuenda & propugnanda, quæ protulit. Dehinc interroget reum, numquid habeat, quod contra intentionem actoris adhuc alleget, allegations audiat & reprobationes adiutat. Eadem postea iterum præstet actori, contra defensionem rei: Atque hæc omnia eousque, donec ambo dicant, se nihil amplius adjicere velle, quod in causa concludi dicitur. Non enim judex inaudita una altera parte, præcipitanter festinare & absque plena informatione ad sententiam pervenire debet, ut ipsum sanæ rationis dictamen hoc satis indicat. Ziegler in *discaſtice. conclus. 27.* Hinc cuiuslibet causæ cognitio ita est instituenda, ut ordine actor & reus merita sua & pro intentione stabilienda & pro defensione roboranda adduant, quod per *Positiones durch die so genannten Säge* mann die Partheyen mit einander verfahren und einbringen fieri dicitur. Quamobrem, ut ad institutum nostrum eo propius accedamus, formamus.

CAPVT II.

De Positionibus in genere.

§. I.

Position germ. ein Säß / a posendo ita dicta, non accipitur hic in eo significatu, quando pars parti ali-

B 2

quid

1379.

35 (12) § 5

quid proponit, ut ad illud legitime respondeat, praestito a ponente dandorum, a respondentे vero respondendorum juramento. vid. late Lauterbach. *Colleg. Pract. tit. de interrog. in jur. fac.* Sed, ut qualemqualem definitionem demus, est actoris intentionis & rei defensionis communicatio, atque utriusque ulterior deductio, donec in causa concludatur, eum in finem facta, ut judex caussam cognitam sententia sua dirimere possit. Continent ergo positiones tum actoris actionem seu intentionem, tum rei exceptionem & litis contestationem, itemque actoris replicam, rei duplicam, actoris porro triplicam, reique quadruplicam. &c.

§. II.

Exhibitentur autem positiones vel in scriptis, vel ore tenus. Jure communī & extra Saxoniam fere ubivis locorum in scriptis procedi solet. Sed in nostris Saxoniæ foris, licet ante citationem libellus in scriptis offerri queat, a primo tamen termino, usque ad conclusionem in causa partes jura sua ore tenus ad calatum dictere debent, quod vocatur, vom Mund aus in die Feder verfahren / secundum *Conf. Elect. Augusti. I. & IX. part. I. & Ordinat. Appellationum Christian. II. Elect. Sax. de an. 1605. tit. von rechtlichen Einbringen/in pr. verb.* Alles von Mund in die Feder versezt / und kein schriftlicher Sach angenommen. it. *Resolut. gravam. Jo. Georg. II. Elect. Sax. von Justitiæ-Sachsen s. n. ib. Ihre Nothdurft von Mund aus in die Feder einzubringen/ und zum rechtlichen Erkäntnis beschließen/ nec non. Ordin. Jud. Saxe-Gotban. p. I. c. I. s. 1. ib. Von Mund aus*

1588

aus in die Feder zu verfahren / und zum Urtheil zu beschließen. Convenit etiam *Ordinatio processus Saxo-Isenacensis.* Tit. 2. §. 14. & *Ordin. jud. Rudolf.* p. I. t. 3. §. 5. ut concordantiam aliarum ordinationum processualium silentio prætereamus, quas recenset Martini. *ad Ord. Pr. Sax. t. t. IV. §. 1. n. 257. seq.* Et hic procedendi modus adeo stricte observandus est, ut ne ex charta quidem libellum aliasque positiones prelegere, & in calamum Actuario vel Secretario dictare liceat. Jubent enim constitutions Saxonicae, libellum & reliqua producta oretenus sive viva voce proponere, quod de recitatione ex charta proprie dici nequit. Berlich. p. 1. *conclus. 13. n. 16. seq.* quia ex schedula dictata, dicuntur in scriptis proposita, l. 2. & 3. C. de sentent. ex pericul. recit. ibique Brunnen. n. 13. Carpz. p. I. *Const. I. def. 2.* Hinc etiam ita expresse cautum in *Ordin. provinc. Saxo-Vinariensi. de an. 1589. t. II. ii. in Ordin. Jud. Sax. Gotban.* p. 1. c. 2. §. 15. verb. Solche Sätze keineswegs ex schedula dictieren. & *Ordin. cur. provi. Jenens. c. 5. §.* Ferner. verb. Der Partheyen Sachen von Mund aus in die Feder fürbringen / keineswegs aber die Sätze ex schedula dictieren / Add. *Ordin. Process. Saxo-Isenac. rubr. von Advoca-ten und Procuratorien.* §. 14.

§. III.

Ratio harum constitutionum est, ne lites per apices juris & legum subtilitates domi excogitatas extendantur, intricentur atque protelentur, quod omnino fieret, si vel ex charta recitatio & dictatura esset permissa. Berlich. c. l. n. 19. Sed quis non animadvertis, processum haud

B 3

abbre-

1381.

56 (44) 56

abbreviari, si non multo magis protrahatur per dictationem in chartam, per quam multum temporis consumitur, Berlich. c. l. & Carpz. p. i. const. I. def. 2. n 6. Scendum tamen, non prohiberi advocatos, ad sublevandam in gravioribus causis memoriam, quædam in scriptis sibi annotare, quibus deinceps in dictando & proponendo uti queant, Ordin. cur. provinc. Jenens. c. 5. d. 8. Ferner ic. verb. Es wäre dann etwa ein kurzer schlechter Gedenk-Zettel/ dessen sie sich zumahl in wichtigen Sachen / wohl gebrauchen mögen. Hominum enim memoria est labilis, & omnium habere memoriam, divinitatis magis est quam mortalitatis, I. 44. de acquir. l. amitt. possess. l. 2. §. 14. C. de vet. jur. encl. Nec repellendus est actor, qui ad libellum suum antea judici in scriptis oblatum, ita sese refert in termino, ut eum verbotenus repetitum velle dicat, & sic responsionem ad illum exigit. Dissentit equidem Berlich. p. i. concl. 13. n. 8. quasi hoc sit contra electoralem constitutionem, quæ pro forma essentiali requirit, ut jus actoris viva voce in judicio deducatur, adeoque præcise id observari, nec per æquipollens suppleri debeat: verum licet hoc concedamus, si actor simpliciter se referat ad libellum antea oblatum, nec quicquam de repetitione addat, aliud tamen erit statendum, si actor dicat, se libellum antea oblatum hoc verbotenus repetitum velle, Er wolle sein übergebenes Klag-Libell von Wort zu Wort anhero wiederholen haben / und der Antwort darauf gewärtig seyn. Nam quod potest fieri per pauca, non debet fieri per plura, & semper leges ita intelligenda, ne aliquid absurdum in illis contingatur; Neque sic metuenda est ulla

1382

55 (15) 50

ulla litis protractio , ob quam solam causam sanctio electoralis est edita ; quin potius hoc modo per nudam relationem item magis abbreviari , quam si prolixo sermone ac longis ambagibus , singula quævis libelli verba ore tenus repeatantur , omnino asserere licet . vid . Carpz . p . 1 . const . 1 . def . 3 . ubi etiam Scabinos Lipsienses in hunc tenorem respondisse refert : Dass Beklagter seines Für wendens ungeachtet / auf die wieder ihn angestellte Klage / darauf sich Kläger referiret / mit ausdrücklicher Erklärung / dass er solche von Wort zu Wort in termino wiederholen haben wolle / sich einzulassen / zu antworten / und den Krieg Rechtes zu befessigen schuldig / und erginge alsdenn ferner was recht ist . W . R . W .

S. IV.

Cum igitur stricte in Saxonia requiratur , ut partes litigantes viva voce , etiam in causis summarioriis , Carpzov . p . 1 . const . 1 . def . 4 . exceptio metallicis . vid . Ordin . metall . Elecl . Sax . art . 101 . jura sua proponant , non incongrue queri posse censemus , amon partium conventione fieri queat , ut non viva voce , sed mutuis scriptis procedatur ? Negative ad hoc responder Arum . L . 2 . der . n . quem sequitur Dan . Moller . ad const . Elecl . I . part . n . n . 7 . ubi ait , id nihil omagis in partium potestate esse , quam tempus descendii leuterationibus & appellationibus præfixum extendere , vel minuere ; quod neutri permisum novimus : scilicet , quia dictatio oralis non modo de forma judicii , sed & boni ac commodi publici causa est adinvicem , ut eo citius lites finiantur & abbrevientur : Inmutari vero haud possunt partium consensu , que initia publicæ

1383.

§ (16) 5

publicæ utilitatis sunt introducta. l. 38. ff. d. pact. l. 27.
de R. J. Sed his non obstantibus veriorem esse putamus
affirmativam. Bene enim animadvertisendum est, publi-
cum commodum non nisi per consequentiam sanctioni-
bus ejusmodi, quæ causam judiciale mutuis scriptis
ventilari prohibet, promoveri. Principaliter vero in
illis vertitur privata utilitas, litigantium scilicet, ut nem-
pe eo minores sumtus impendantur, expensis superfluis
partium parcatur, & lites eo citius sopiantur. Exinde
igitur fluit, partium conventione, accedente judicis con-
sensu, per compromissum fieri omnino posse, ut mutuis
scriptis in causa judiciali procedatur, perinde, ut permis-
sum partibus, a generali procedendi forma per pactio-
nem specialem recedere, l. i. C. de jurisd. vid. Chilian.
Koenig. in Proc. c. 38. §. fin. Carpz. part. 1. Conf. 1. def. 5.
Conspirat observantia quotidiana, responsis JCTorum ap-
probata, hinc Scabin. Lips. apud Carpz. c. l. talem tule-
runt sententiam: Weil beyde Partheyen sich verglichen/
ihre Nothdurft in Schriften Wechsels - weise gerichte-
lichen einzubringen / Kläger auch allbereit den Anfang
gemacht/ So ist Beklagter gleichfalls denselben nachzu-
kommen/ und seine Nothdurft in Schriften fürzubrin-
gen schuldig ic. Et expresse ita caurum legitimus in
Ordin. cur. provinc. Jenens. c. 5. §. Ferner verb. Würden
aber beyde Theile / auf Beliebung und Gutachten des
Hof-Richters und seiner Beysitzer / sich mit einander
compromittendo dahin verglichen/das die Gesetze schrifts-
lich und products- weise eingebracht werden sollen/ so ist
solches zu thun ihnen unbenommen. Nec obstat nostræ
assertioni Ordin. appell. Dresdens. tit. von Rechtlichen
Einbrin-

189

Einbringen verb. Wenn auch gleich die Parthenen sich
dessen verglichen w. Siquidem haec constitutio saltem
de supremo appellationum judicio Dresdensi disponit,
& sic localis est, ideoque ad alia & inferiora judicia ex-
tendi non potest. Carpov. a. l. vel ideo haec ordinatio
nobis non officit, quia loquitur de eo casu, ubi partes
ipsarum absque approbatione & consensu judicis ita paci-
cuntur. Berlich. p. i. Conclus. 13. n. 22. seq.

§. V.

Sæpius contingit, ut ipsi litigantes in processu alio-
rum opera utantur, & positiones per advocatos & pro-
curatores ad acta dari current, quod sane fieri haud pot-
est, nisi mandatarii sufficienti mandato instructi sint,
L. 1. Cod. de procur. Merv. p. 4. dec. 361. Mascard. de Pro-
bat. L. 2. concl. 1908. n. 2. Carpz. in Præc. tit. 5. art. i. n. 90.
Ordinatio jud. & process. Isen. Tit. 2. §. 5. Ferner soll nie
mand eines andern wegen in Gerichten zu erscheinen
und zu handeln zugelassen werden / er habe denn
dessen grüngsame Vollmacht : Convenit etiam Ordin.
Jud. Saxon. Gothan. p. 1. C. 3. §. 1. verbi Niemand soll zur
Gerichtlichen Handlung : Licer cavere velint de rato
& grato, nisi pro se habeant mandatum præsum-
tum, quod quando adsit, & quando etiam prou-
rator pro reo, sub cautione judicatum solvi admittatur,
docet L. 14. ff. qui satisd. cog. & L. 40. ff. de procuras. Struv.
in Syntagma. Jur. Exercit. 7. th. 128. Et 38. Nicolai in Proc.
p. 1. C. 7.

C

§. VI.

§. VI.

Quod si tamen procurator habeat mandatum, sed defectu quadam forsitan laborans, admittitur interim, sub cautione de rato, & mandato pleniori in proximo termino exhibendo, *L. i. Cod. de procur. Carpzov. p. 1. Conf. I. def. 29. num. 6.* Sed queritur, an procurator chartam blancam producens, tale ad minimum censeatur habere mandatum, ut admittendus etiam sit, sub cautione de rato, & mandato pleniori in proximo termino producendo? Respondemus: quia non constat, qualem in finem quis acceperit chartam blancam, etiam ejusmodi mandatum ut mancum & mutilum in judicio non admittitur, sed potius rejicitur, nisi tenor cause fortassis ejusmodi verbis expressus reperiatur. *Blanquet zur Vollmacht / u. g. in geslagten Injuriien contra Mevium. Conf. Nicolai Proc. p. 1. Co. 7. n. 12.*

§. VII.

Quando igitur absque omni mandato quis agere pro alio velit in judicio, non admittendus est, sed falsus dicitur procurator, qui in quacunque judicij parte repellendus est a judge, etiam parte adversa id haud petente, *L. 24. C. de Procur. Carpz. p. 1. Conf. I. def. 26. n. 3.* Hinc ejus positiones ab actis sunt removenda, vel in judicando non attendenda. *Ordin. Proc. Sax. Elect. Tit. 7. §. 1. verb. Und da es geschehe ic. it. Ordin. Proc. Saxo-Isenac. Tit. 2. §. 5. verb. Und do ein Advocaat ohne Mandat was einzubringen sich unterstünde / mag es / manns gleich vom Gegentheil nicht gesuchten würde/aus richterlichen Amt verworfen ic. Convenit Ordin. Jud. Saxe.*

1386

38 (19) 38

Saxo-Gothan. p. I. c. 3. §. 2. verb. Das Einbringen ex officio zu verwerfen / add. Carpz. in Proc. Tit. V. art. 7. n. 23. Svendendorf. ad proc. Fibig. p. m. 187. seq. Itaque hunc in modum pronunciari solet: Dass die vom Anwälten ohne Mandat eingebrachte Säze von denen Aetzen zu removiren / und ist v. g. Beklagter Klägern die Unkenntnis dieses Termins auf richterliche Ermäßigung zu erstatthen schuldig / der Anwälte aber / weil er ohne Mandat versetzt / in die der Gerichts- Ordnung einverleibte Straffs der 5. Rthlr. verfallen. V. N. W. Atque sic, uti ex hoc responso constat, falsus mandatarius multatur, & quidem in camerali judicio plerumque multa est unius floreni rhenani, singulis vicibus, ultra juris communis poenam. Ordin. Camer. Ratisp. de An. 1507. tit. 33. §. 4. verb. Bey Vermeidung nachbestimmter Pdn / juncto Tit. 34. §. 2. verb. Soll er einen Gulden zur Pdn geben. Ordin. Camer. Spir. de an. 1527. §. 4. & 5. Conf. etiam Jac. Blumii processus Camer. Tit. 10. de Procur. n. 19. ii. Tit. 67. de comparit. part. n. 5. seq. In nostris judicis secundum Ordinat. Process. Isenac. mulcta est prima vice trium, altera vero sex thalerorum, Tit. 2. §. 5. verb. Und der Advocat Anfangs um 3. thl. zum andernmahl / wenn er in der Sachen wieder verstoßet / umb 6. thl. und also weiter gestrafft werden. Eandem imponit poenam Ordinatio Saxo-Gothan. de an. 1670. p. I. c. 3. §. 2. Gravior autem dictata est poena in Electoratu Saxon. ubi prima vice absque mandato comparentes quinque Joachimicos, altera vero decem & sic deinceps solvere tenentur, Ordin. Proc. Saxon. Elect. Tit. 7. §. 1. verb. Und der Advocat Anfangs um 5. thl. zum andernmahl

C 2

mahl

1387.

20

mahl w an er vergehau in der phe, & auch an iede vors
stß/ vñ 10. thl. und so fortan gestrafet w rden. Eam-
que multam in clientes transferre non licet, sed ipsi-
met advocati eam exsolvere tenentur, haud concessa
eis repetitione a clientulis. Berglich. p. 1. Concl. 14. n. 24.
Carpz. Proc. Tit. V. Art. 7. n. 26. Eadem multa etiam
hoc jure advocatis injuncta, quando producunt man-
datum, quod vicio essentiali laborat, ita, ut cautione-
rati sanari nequeat, per text. in Resol. gravam Jo. Georg.
II. Tit. von Justitien. Sachen §. 17. verb. Sollte sich
aber ein defectus bey der legitimation befinden, und von
Becklagten angezogen, und alsbald bewiesen werden,
so soll des Klägers Advocat deswegen jedesmahl 5. thl.
Strafe zu erlegen schuldig seyn. vid. Svendend. c. I. De-
nique sciendum, quod in hoc casu, jure nostro adversæ
parti restituendi sint sumptus, non quidem ab advocate
vel procuratore, qui absque mandato comparuit, sed
a cliente, cui advocate patrocinatur, quia hic sibi me-
lius prospicere accuratio remque advocationum eligere de-
bueret. Carpz. p. 1. Conf. 14 def. 26. n. 8. Berlich. p. 1.
Concl. 14. n. 27. Martini ad Proc. Sax. Tit. 7. §. 1. n. 45. seq.

§. VIII.

Utut brevitas ubivis fere se commendet, cum
perspicuitate si fuerit conjuncta, ita quam maxime huic
in judicialibus, ne lites protealentur, opera danda est.
Hinc, veluti jam supra monitum, in Saxonia, ut viva vo-
ce procedatur, introducum est. Hoc enim modo bre-
viores sunt positiones, quam si advocate per apices
juris & subtilitates legum domi excogitas, & in scri-
ptis

1380

ptis conceperas, cauas tractare permisum est. Quis
enim non animadverit advocatorum temeritatem, in
proferendis allegationum plausis, circa generalia et
iam & prima juris præcepta, & vulgo sic dicta broca-
dica, illis in locis ubi omnia in scriptis peraguntur?
Non equidem advocatis jura allegare omnino interdi-
cendum est; sed sufficit, in positionibus unum vel al-
terum autorem, aut legem in terminis adducere. Ve-
rum allegationum plurium accumulatio, non modo
nauseam creat judici vel Scabinis, acta perlegentibus,
sed etiam processum protrahit, stultitiamque advocato-
rum prodit, secundum Carpz. in proc. Tit. V. Art. 7. n.
30. seq. & in Ipr. for. p. 1. Conf. 1. def. 4. Informare si
quidem velle judicem in jure, & demonstrare ex corpore
juris, glossa, aut interpretibus, quid de lite sit judi-
candum, æque ridiculum atque inconveniens est, non
secus ac si xgrotus medico curam vellet præscribere ex
Galenô vel Hippocrate, uti eleganter scribit Carpz. p. I.
Conf. 1. d. def. 4. Advocatorum igitur est, rem perspi-
cue, breviter & concinne, cum omnibus circumstantiis
proponere, ad judicem de veritate informandum, qui,
si de veritate negotii constat, quid juris sit, jam nosse
debet; Et licet advocato applicatio juris ad factum pro-
hibita non sit, hoc tamen minime fieri dici potest, si
farrago consentientium Doctorum, male sèpius intel-
lectorum, & communium opinionum, interdum plane
non cohærentium, colligatur. Sane multitudo erran-
tium, non parit errori patrocinium, nec quod injustum
est, justificari, ne a mille errantibus, potest. Interim
non raro advocati, allegatorum multitudine luxurian-

1389.

§ (11) §

tes, sicut mentiuntur colorem, & clientes atque judicem decipiunt, cum mundus quam maxime opinionibus & præjudiciis regatur. Sed cum hoc displiceat advocatis, quibus celer justitiae administratio cordi est, ejusmodi cavillationum caput inquis rabulis relinquimus. Cæterum, si advocati in positionibus suis & productis brevitatib[us] studere debent, alterum simul oculum probe ad perspicuitatem intendere debent, ne illis occinatur brocardicum illud: *Brevis dum esse labore, obſcurus fio.*

§. IX.

Positiones autem numero regulariter sex sunt; tres ex parte actoris, & totidem ex parte rei, quarum appellations sunt haec: (1.) Actoris *provocatio* seu *actionis propositio*, (2.) *rei exceptio*, (3.) *actoris replica*, (4.) *rei duplica*, (5.) *actoris triplica*, (6.) *rei quadruplica* seu *causa conclusio*, de quibus plura commodius dicentur in cap. seq.

CAPVT III.

De Positione ultima in specie.

§. I.

Diximus in præcedente cap. sex regulariter a partibus conjunctim fieri positiones, Vid. *Conf. elect.* p. 1. ibi mit dreyen Säzen beyderseits Wechselsmeisen zu verfahren. Quarum prima est actoris *provocatio*, quia actor de verbo ad verbum repetit suum libellum, vel expre-

expresse ad illum sese refert, & reum ad respondendum provocat. vid. Barth. *Hodeg. for. c. 1.* §. 23.

§. II.

Secunda positio est rei *exceptio*, qua ad institutam actionem respondet, insimulque actoris intentionem impugnat, & sic deinceps reliqua positiones, nimirum. *replica*, *duplicæ*, itemque nonnunquam *triplica*, & *quadruplica* sequuntur. De his positionibus notandum, eas ad abbreviandas lites intra septiduum ex utraque parte esse proponendas, *Resol. grav. Elecț. Sax.* de ao. 1661. *Tit. von Justitien-Sachsen* §. Ingleichen sollen zum ic. Idem vult *Ordinat. process. Iſin. Tit. 2. Von Advocaten und Procuratoren* §. 14. Wenn die *Advocaten oder Procuratores &c.* in tantum, ut, si *advocatus* se per duos dies ultra concessum tempus negligentem ostenderit, *judex*, etiam sine præcedente contumacia *accusatione*, tamen non admittere debeat. *Schivendörf.* p. 668, Valde tamen dolendum, hoc non solum ab *advocatis*, sed & ab ipsis *judicibus* *sæpius* haud observari.

§. III.

Sed quæritur, si termino præterlapso, positiones unius vel alterius partis non admittenda; num hoc de positionibus in universum omnibus, an vero de omissa saltем sit intelligendum? Super hoc acerrime olim disputatum fuisse, testis est *Berl. p. 1. Concl. 48. n. 32.* Obtinuit tamen, ut perditā licet, v. g. *exceptione*, nihilominus dupla rei admitti debeat, id quod clare disponent *Ord. Proc. elecț. Sax. Tit. 29. §. 6. ibi* Es soll gleichwohl der / welcher sich an seiner exception versäumet/ mis

mit der *Duplicie* in der dazu gelassenen Frist gehöreret/ und es also anch gehalten werden/ wenn ic. Vid. plur. apud Berl. c. l. & Carpz. p. i. *Const.* 18. *def.* 12. & 13. Deinde adhuc notandum, jur. Sax. elect. omnem positionem, qua attestations testium ventilantur, duplicatam exhiberi debere, quo unum exemplar ad acta reponatur, alterum vero parti adverſe tradatur, cit. *Ord. Proc. Sax. elect. Tit. 29. §. 4.* Berl. c. l. n. 22. consonantiam aliorum locorum exhibit Martin. ad *Ord. Proc. Sax. c. l.* Paulo aliter in *Ducatu Saxo-Gothano* cœtum, per *Ord. jud. p. t.c. 10. §. 46.* ubi hæc leguntur: Dieweil in h̄vrigen die producta hinc inde nicht communicaret werden sollen/ so ist auch nicht nöthig/ daß jede Schrift doppelt einbracht/ sondern es soll von jeder Parthen nur ein Exemplar ad acta gegeben/ und das tempus insinuationis gehörlig registriret werden. Es würden denn obgedachter mäzen/ die sonst gewöhnlichen Disputation- Gesetze zugelassen/ denn uff solchen Fall die Schriften doppelt einzubringen wären. Convenit etiam in hoc *Ordin. Prot. Iseñ. Tit. 17. §. 2. & ult.* In hac tamen adhuc speciatim est statutum, ut ab unaquaque parte saltem unica positione attestations testium, & quidem intra mensis spatium, salvari & impugnari debeant. Denique actuarii & scribæ insinuationem ejusmodi positionum diligenter in actis consignare debent.

§. IV.

Antea §. 2. diximus, positiones intra septiduum proponi debere: quod de iis tamen saltem est intelligendum, quæ viva voce expedientur, non vero de iis, quas in scri-

in scriptis exhibere licet. Sic enim positionibus, quæ super attestatione testimoniū concipiuntur, terminus equidem peremptorius, longior tamen statutus est, quia, dum illæ merita causæ concernant, aliquando plus laboris & temporis requirunt. Nam jure Sax. hæ disputationum positiones, præfixum habent spatiū sex septimanarum, ita, ut partes disputationes suas, vicibus alternis, excipiendo, replicando, duplicando & tripticando, interje. Cto semper sex septimanarum spatio, proponere possunt. *Conf. Elez. 18. p. 1. ibique Commentatores*, nisi aliud partibus placuerit, vid. *Ordin. Proc. Sax. Pit. 29. pr. verb.* Da sich die Partheyen nicht eines andern Termins willkührlichen verglichen,

§. V.

Sed cum in præsenti de positione ultima simus solliciti, ostendendum erit, quænam illa sit, & cui litigantium pro diversitate jurium, casuum & circumstantiarum, competat. Est vero positio ultima, quam nulla alia, neque ex parte actoris, neque ex parte rei, sequitur, & qua in causa concluditur.

§. VI.

Et regulariter quidem ab initio processus Reo trahitur ultima positio, er muss das letzte Wort haben/ hujus enim partes sunt favorabiliores. In progressu vero causæ nonnunquam actor concludit, prout nim. hic in productione testimoniū, appellatione vel leuteratione, aliisve processus partibus, vices rei sustinet. Quin & partium litigantium conventione, consueto positionum numero renunciarι & ordinem illarum inverti posse, non habet dubium. Nec enim prohibitum est reo, ut ac-

D quiescat

quiescat in sua duplica, concessa adhuc actori triplica, & ultima positione, si putet suum jus adeo esse liquidum & deductum, ut nulla amplius allegatione opus sit. Nam, quemlibet favori pro se introducto renunciare posse, tristissimi juris est. conf. Carpz. p. 1. C. 1. def. 7. n. 8. Casu ergo ejusmodi contingente, positio ultima erit triplica, & competit actori.

§. VII.

Quod ad ventilandas exceptiones attinet, distinguendum inter dilatorias & peremotorias. In Camera imperiali ex Ordin. Cam. p. 3. tit. 26. §. 2. & tit. 29. §. ult. in dilatoriis exceptionibus, non ultra duplicam, in peremtoriis vero non ultra triplicam procedere licet, ita tamen, ut judex justum numerum, vel ad instantiam partium, vel ex officio, pro qualitate causae, nonnunquam restringere possit, nonnunquam ampliare. Ord. Cam. p. 3. tit. 38. per tot. Blum. in Proc. Camer. tit. 1. n. 19. seq. & tit. 63. n. 19. In Electoratu Hannoverano itidem in causis mandatorum saltēm duplicare licet, Ordin. Jud. Hannov. de anno 1662. tit. 3. §. 3. & tit. 10. §. 4. In Borussia electorali in causis, ubi nullis probationibus est opus, pariter partes in duplice acquiescere jubentur; Si vero probationes suscipiantur, ad quadruplicam, sed non ultra, progredi partibus permisum, ita tamen, ne nova facta vel documenta, sine permissione judicis, in triplica vel quadruplica adducantur, per Jus Prus. elect. renif. L. 1. tit. 26. §. 3. & 4. In terris Anhaltinis absolute ultra duas alternativas positiones, nullæ aliæ admittuntur. Ordin. jud. Anhalt. tit. 2. §. Also lassen wir ic. verb. Und beyde Theile mit zweyen

zweyen abgewechselten Säzen beschließen. Sed in Sa-
xonia nostra tres alternativæ positiones sunt concessæ.
Conf. elect. 1. p. 1. ibique Carpz. def. 7. convenit Ordin.
cur. provinc. Jenens. cap. 22. §. 1. item Ordin. Jud. Gothan.
p. 1. c. 1. §. 1. verb. mit dreyen abgewechselten Säzen &
c. 2. §. 14. verb. Und beyde Partheyen ic. Ita tamen ut
ultra quadruplicam plane nulla alia admittatur, nec no-
ni aliud in quadruplica adducere liceat. Carpz. c. 1.
def. 8.

§. VIII.

In ipsa causa principali, jure camerali equidem
tantum regulariter permissa est triplica, ut ex locis in-
præc. §. adductis patescit. In aliis vero judiciis, quadru-
plica communiter solet ultima esse positio. De Saxo-
nia res clara est. In Electoratu Brandenb. idem disposi-
tum, per *Ordin. Camer. art. 18.* verb. Jedoch dasß man ul-
tra quadruplicam nicht schreite / & in *Ordin. Cancoll. Han-*
nov. tit. 10. §. 4. habetur, In der Haupt-Sache post huius
contestationem Weiter nicht denn ad quadruplicam zu
verfahren. In concursu tamen creditorum super prior-
itate disputantium, fere ubique, duæ tantum mutuæ
positiones admittuntur, testante Ludovici in *Concurs-*
Proces tit. 8. §. 7.

§. IX.

Moribus Saxonici introducta, & in prima instan-
tia usitata est Leuteratio. Vid. *Ord. cur. prov. Witteberg.*
de an. 1550. tit. von Leuterungen §. Und nachdem aus Ge-
wohnheit ic. add. Sclineidev. ad §. 32. j. de act. n. 38.
Circa hanc autem distinguendum est, utrum illa contra

D 2

inter-

interlocutoriam, an vero definitivam interponatur sententiam. Si enim prius contingit, duplica erit positio ultima, quia duæ saltētū tunc alternativæ conceduntur positiones. Ordin. Proc. Sax. tit. 35. §. 4. verb. Wie dann auch in der Leuterung ab interlocutoriis, von denen nach Reuerlichen Rechten ohne das nicht zu appelliren / nicht mehr als mit zweyen gewechselten Gesäzen zum Urtheil zu beschließen. Sin autem posterius accidit, quadruplica locum ultimæ positionis obtinet, cum hic tres alternativæ admittantur positiones. Ord. Proc. Sax. c. l. verb. In den Leuterungen aber a definitiis, wie auch derselben Oberleuterungen / mag es bey dreyen Säzen wechselseitige einzubringen verbleiben ic. add. Const. elect. 19. p. 1. verb. Und mit Beschlussung zum Urtheil durch drey und drey Säze Wechselseitige procediret und versahren werden / vid. Berl. p. 1. concl. 49. n. 40. Carpz. ad cit. const. 19. def. 21. Conspirat Ordinat. Proc. Saxo-Gothan. p. 1. c. 14. §. 6. verb. Gleichwie in den Leuterungen a definitiis drey Wechsel-Gesäze erlaubet / also sollen / wenn wieder die interlocutorias, (so sie auch gleich zum definitivum haben / oder ein irreparabile animaum nach sich ziehen /) Leuterung eingewendet / nicht mehr als zwey gewechselte Gesäze zugelassen werden. In Anhaltinis &c Halberstadiensis terris, sive leuteratio interlocutoriam sive definitivam sententiam respiciat, saltētū usque ad duplicitam procedi potest; Ordin. jud. Anhalt. tit. 15. §. 1st. & Ordin. Cancell. Halberstad. p. 2. c. 19. §. 1. Ludovici Einleitung zum Civil-Proces. c. 28. §. 12.

§. X.

PEL
Bgo

MS (29) 50

§. X.

Quod ad Oberleuterationem attinet, quæ in se-
cunda obtinet instantia, idem servari, ex locis jam al-
legatis colligere licet. Verum, cum in Electoratu Saxon-
ia Oberleuteratio post appellationem interpositam peni-
tus rejiciatur, per Ord. Proc. Sax. tit. 35. §. 4. verb. Und
die Oberleuterungen / auch bey unsfern Appellation- Ges-
richte / in denen Proceszen / da sie sonst ceteris paribus
statt haben könnten/gang abgeschnitten seyn sollen. omnem
de ultima positione disceptationem yanam esse & fru-
straneam , facile pater.

§. XI.

Jam de positionibus disputationum dicendum.
Quod si igitur probatio est plana, omnesque testes ex
voto producentis deposuerunt, hic statim sine ulla po-
sitione, ad testium rotulum se se remittens & provocans,
sententia se submittere potest. Ludov. Einl. zum Civil-
Proces c. 22. §. 1. Martin. ad Ord. Proc. Sax. tit. 29. §. 1.

n. 2.

§. XII.

Alias, secundum Rec. Imp. noviss. de an. 1654. §.
56. produceris habet positionem ultimam. Nam pro-
ductus primari exhibet positionem, quæ vocatur Ex-
ception oder Oppugnation-Schrift; in qua is omnia
quæ & contra testium personas & eorum dicta moveri
possunt, adducit, cui respondet producens per positio-
nem, quæ vocatur Replie oder Salvation-Schrift; in-

D 3

qua

qua refutare annititur producti propositas exceptiones, & ostendit, quod fundamentum sua actionis satis sufficienterque sit probatum. Vnam ergo qualibet pars positionem saltem habet, jure Imperiali. Vid. Rec. Imp. c. 1. §. 57. Klock. in Observ. ad Ordin. Cam. p. 3. tit. 23. seqq. Jure Romano nil certi hac in parte determinatum esse. §. 2. & 3. J. de Repl. ibique Vinnius ostendit.

§. XIII.

In Saxonia electoral, producens etiam habet positionem ultimam, sed duæ positiones alternativa conceduntur, nimirum exceptio, replicatio, duplicatio & triplicatio, & itidem disputandi initium facit reus, mit seiner Exception-Schrift. Ord. Proc. Sax. tit. 29. §. 1. von beyden Theilen nur zweene Säze, consentit Ordin. cur. provinc. Jenens. c. 26. §. Nachdem sich auch ic. In Ducatu Sax. Gotha-vo distinguitur inter causas arduas, & eas, quæ levioris momenti & modici præjudicii sunt, Ordin. jud. Sax. Goth. p. 1. c. 10. §. 44. verb. So woslen Wir hiermit/ doch hin führo die Partheyen nicht/ wie bisher gewöhnlich/ zwey Säze einbringen/ sondern iede Parthey aus den gefertigten und publicirten rotulis, mit einer Schrift oder Sach ihr geführtes Zeugniß salviren/ und zugleich respective des Gegenthels geführtes Zeugniß/ (doch ohne die hinc inde bräuchliche Communication) darinnen impugniren/ was wieder die Personen und Aussage der Zeugen vorzuwe- den/ gründlich/ eigentlich und deutlich anführen. Es wäre dann/ daß/ in sonderlich wichtigen Fällen/ denen Partheyen/ uss ihr geziemendes Nachsuchen/ aus erheblichen gnugsam erwogenen Ursachen/ nach voriger Art zu versfahren zugelassen würde. De aliorum judiciorum con-

1.998.

AG (31) 58

consuetudinibus, consule Martin. ant. c. l. tit. 29. §. I. n. 19.
seq. Juxta hunc tenorem juris elect. Scabini Lipsiensis mens.
Mart. 1630. ita in terminis responderunt: Ist in Sachen
euch/ Klägern an einem/ und P. M. andern Theils/ Be-
weis und Gegen- Beweis geführet worden/ welches
Zeugniß Ihr beyderseits zu disputiren gemeinet seyd.
So ist euch dasselbe gehührender Maße zu thun/ und
von 6 Wochen zu 6 Wochen/ von Zeit erlangter Ab-
schrift des Gezeugnißes an zu rechnen/ (welches euch
zum längsten binnen gedoppelter Monats. Frist aus den
Gerichten zu ertheilen) einem ieden mit zwehen Sätzen/
als der Exception, Replie, Duplic, Triplic, und ferner nicht/
Wechsels- Weise gegen einander zu verfahren/ und eure
Nothdurft einzubringen unbenommen. In causis me-
tallicis tres alternativæ conceduntur positiones, ita ut
jur. Sax. elect. inter aliarum positionem, & positionum
disputationum numerum, differentia haud sit, Ordin metall.
Christian. I. Elect. Sax. art. 103. §. Als ordnen Wit. vid.
Nicolai. Proc. p. I. c. 65. n. 7.

§. XIV.

Illud adhuc notandum, ne protelandi & acta mul-
tiplicandi, ex disputationibus attestatorum, ansa præbea-
tur, jure Saxonico cautum esse, ut si utraque pars ex
peractis probationibus & reprobationibus velit jura sua
deducere, ac tela adversarii repellere, ejusdemque defen-
sionem elidere, id uno eodemque scripto ac conjunctim
faciat, reus scilicet, ut exceptioni sua disputationem re-
probationis a se facta in continentis adjiciat, & actor tur-
sus responsioni ac salvationi jurium suorum, exceptio-
nem contra rei reprobationes conjunctim, atque sic uno

aceo-



ac eodem scripto adjungat, *Conſt. elect. 18. p. i. in finis verb.* Es foll aber auch ein leglich Part. ibique Carpz. def. 10. Item in *Proceſſ. tit. 15. art. 1. n. 47. seq. vid. omnino Ziegler in Introd. ad Proc. c. 12. §. 18.* Es in not. ad *Conſtit. 18. verb. in einerley.* Hinc Scabini Lipsiensis, mens. Nov. 1621. responderunt: Und erscheint aus den Alten so viel, daß sich Beklagter an seiner Exception- und Salvation-Schrift, so er zugleich in einem Product usf eins mahl einzubringen schuldig gewesen, nunmehr versäumet. V. R. W. Unde sit, ut disputationes arctato rum ita rubricentur: *Exception- und respective Salvation-Schrift* it. *Replica und respective Salvation-Schrift* ic. Martin. cit. loc. n. 62. Ludovici Einleit. zum Civil-Proceſſ / c. 22. §. 5.

§. XV.

Quod si utraque litigantium pars negligat positiones, nec vel exceptionem, vel replicam, vel duplicam, vel triplicam, præter lapsu quadruplicato sex septimaram termino offerat, plane nulla admittitur positio, sed actis (in statu quo) a judice ad Collegium juridicum transmissis, definitivè pronunciatur. Rivin. *ad Ord. P. S. tit. 29. Enunc. XI. ubi prajud. Scab. Lips.* Si autem una saltem negligatur positio, altera tamen adhuc admittenda, ne poena major sit negligentia, uti jam supra ostensum.

§. XVI.

Cæterum hic notandum, quod in ultima positione quicquam novi proferre häud licet, iniquum enim videtur beneficium defensionis præcidere, nec judex de iis, quæ controversa sunt inter litigantes, non audita utraque parte, cognoscere debet. *Conſt. concl. 1. p. i. ibi:* und in dem leſz

lesten Cas keine Neuerung einbracht / oder in Stellung
der Urtheil übergangen werden / hanc ob causam neces-
sario requiritur, ut in secunda positione sive duplica litis
contestatio fiat, & concludatur cum reservatione: *Nisi*
quid novi, quæ clausula tamen, ubi ad triplicam & qua-
duplicam proceditur, superficia, quia iudex, eti contra
actum fuerit, id in judicando prorsus non attendere de-
bet. Conf. Carpz. ad cit. Conf. def. 8. Juxta consuetu-
dinem Ord. cur. prov. excipiuntur tamem responsa & In-
format. Urtheile / quæ post conclusionem adhuc admit-
tuntur. vid. Hof-Gerichts-Ordnung/ Cap. 28.

§. XVII.

Ut de conclusione in causa aliquid dicamus, circa
illam multum disceptatum fuit inter DD. an illa sit de ne-
cessitate judicii, ut ex omissione ejus nullitas colligi possit?
Quoad Imperialis cameræ stylum, substantialem hunc
actum esse, Ummius vult disp. 19. ad Proc. n. 1. & in ca-
mera nulla publicatur sententia, ne interlocutoria qui-
dem, nisi in causa legitime conclusum sit. Vid. plur. Jac.
Blumius ad Proceſſ. Camer. tit. 74. num. 2. seq. Sed di-
ſtinguendum esse existimant, inter conclusionem ex-
pressam, & tacitam. Tacita est conclusio, quando par-
tes priora repetunt, & ex circumstantiis appetet, nil nisi
sententiam judicis restare: & cum in Saxonia ultra qua-
druplicam ulterior positio non recipiatur, hac illata, vi-
detur tacite esse conclusum, exceptis quibusdam casibus,
quos allegat B. Brunnemannus in Tract. de Proc. leg. in-
tit. & abbrev. C. 26. n. 9. In causis summaris vero &
matrimonialibus, pro arbitrio judicis, causa pro conclusa

E

habe-

701.

85 (34) 56

habetur, nisi pars reservet sibi productionem documenti
Sed si pars una vel altera nolit concludere, poterit iudex
ex officio causam pro conclusa acceptare, præcipue, si is
jure communi sufficienes dilationes partibus dederit,
da wird die Sache ex officio für beschlossen angenommen/
Gail. I. obs. 107. n. 2. Myns. observ. 17. Hilliger ad Donell.
Lib. 24. Cap. 6.

§. XVIII.

Finita ergo ultima positione, wenn abgeschafft / und
zum Bescheid oder Urtheil beschlossen worden / acta in-
rotulantur, h. e. justo ordine omnia scripta reponuntur,
consarcinantur, & obsignata in collegium aliquod juridi-
cum transmituntur. Qualis introitatio in iis locis fre-
quentior, ubi non oretenus, sed in scriptis proceditur,
nec adeo ordinata acta haberi, nec invicem connecti so-
lent, verum dissolutis schedulis, & separatis paginis, mul-
tisque ex iis, vix saepe unius manus latitudinem haben-
tibus, & a nemine subscriptis constare solent, præter-
quam, quod in tergo saepe ridicula formulae inscriptæ re-
periantur, v. g. ut intus, it. ecce! & plures hujusmodi
obscurores aliae, numerisque schedula istæ distinctæ,
prout in Pomerania, Saxonia inferiore, multisque alii
jadeoque tunc in locis necessaria est, quo partes consar-
cinationi & obsignationi actorum adesse & videre pos-
sint, num omnes earum oblate schedulae iis injungantur,
& dicasterio trans-mittantur, Barth. Hodeg. for. c. 1, §. 29.

§. XIX.

Verum enim vero, in Saxonia superiore, ubi omnia
ore-

oretenuſ, von Mund aus in die Feder / proponi & actuariis atque ſcribis iudicij dictari debent, & poſtea ab hiſ acta ordine colligari atque confui, & literæ ſta- tim ex quo iudicio exhibita, filo actis annexi, iisque tempus praesentationis cum resolutione iudicis inscribi, foliaque actorum conſignari ſolent, juxta Reſol. grav. elect. Sax. tit. von Jufitien Sachen §. 16. verb. Die Acta ſollen jedesmahl wohl geheftet / ic, tali inrotulatio ne haud opus eſt, cum vel ex inspectione compactorum actorum & follis, quovis tempore conſtare poſſit, num integra ſint acta, nec ne. Hinc terminus in- rotulationis, uti hodie adhuc apud nos vocatur, in- primis ſportularum cauſa instituitur, & non tam ve- ram inrotulationem, quam transmissionem faltem actorum indigitat, qua utique a ſolo judge, non citatis partibus, quam commodiffime poſſet fieri. Quam- obrem non immerito conſuetum inrotulationis termi- num aboleri, ſuadet Dn. Berger Discept. forens. tit. 34. obf. 2. p. 883. & Barthius lie. loc.

§. XX. & ult.

Hæc ſunt, benevole Lector, qua de practica, hac materia, publici ſpeciminiſ inauguraliſ loco, pro- ponere volui. Non equidem plura colligi & exhibe- ri pouille, diſſiteor, arbitratus tamen ſum, concin- nam brevitatem, uti in omnibus positioniſ com- mendanda eſt, nec ab hiſce positioniſ inauguraliſ abeſſe oportuiffe. Si diuinum Numen vires, majo- remque experientiam largietur, majori industria elab-

403

AS (36) SC

boratas promitto paginas, & , si vel meliora edoctus fuerim , opiniones uberioris defendam. Enixe interim Te rogatum volo, velis hunc, licet quadantenus immaturum, studiorum meorum foetum, serena fronte suscipere, & mihi meisque coepitis tuam benevolentiam haud denegare. Hac spe fatus hanc pono positionem ultimam :

*Laus, Honor & Gloria sit
DEO Triuno.*

CLARISSIMO
WILDVOGELIO SVO
GRADVM DOCTORIS
DISSERTATIONE DOCTISSIMA
PROMERENTI

APPLAUDIT

IO. CASPAR. POSNER,
NVNC ACADEMIAE IENENSIS PRORECTOR.

Solent illi , qui magnum aliquid ac egregium moluntur , ideam seu formam aliquam intueri : cuius ipsi perfectionem ac similitudinem pro virili admittent. Quamobrem Themistocles , famam insignem ac perpetuam , factis fortissimis collecturus ; non tam Miltiatis Atheniensis tropaum , quam virtutem & gloriam ,

1404

riam, suo animo proponebat, conatisque haud dissimili-
 bus asequi ac exprimere nitebatur. Imo Deum ter
 optimum maximum, cum orbis huius structuram medi-
 taretur, & conderet, mentem suam, in mundi alicuius
 idea, constanter ac perpetuo defixisse, iam olim est,
 quod Platonic affectatores, cum approbatione & plausu
 complurium, affirmarunt. TIBI vero, VIR CONSULTIS-
 SIME, eruditiois & laudis academicae decus consecutu-
 ro, haud longe adeo, aut ex aliis terris ac gentibus, ex-
 emplar seu forma huiusmodi fuit petenda, quam imita-
 teris ac redderes; cum perillustris & consummatissimi
 PATRIS sapientia ac peritia, labore & assiduitas, nec
 non mores politi & amabiles, Tuis subinde oculis ani-
 moque occurrerent. Haec veluti ala fuerunt, quibus
 Vir iste incomparabilis, instar volucris, unde & nomen
 sortitur, in aka & sublimia subvolavit: quibus igitur,
 tanti PARENTIS TE aenulum FILIVM, pari modo, ad
 ardua quaque erit ac tendere; ego in primis, quae-
 Tu quondam ingenio bonis literis atque artibus polien-
 do, adhibuisti, non Tua atque Tuorum tantum, sed
 mea etiam causa, vehementer gaudeo ac triumpho.
 Quae egregii ac summi Parentis, in summis atque ege-
 gii rebus, imitatio, sicut Doctoris propediem dignita-
 te, ita pluribus posthac honoribus Te afficer; famaque
 ac opibus cumulabit; resque ac spes FAMILIAE splendi-
 differat, & in oppido illo hoc praecipuae, ex voto bono-
 rum omnium, confirmabit! Dab. Ienae, VI. Calendi.
 Jul. cl. cc. xviii.

405.

405 (o) 5

CHRISTIANVS WILDVOGEL
dilectissimo filio suo
JOANNI FRIDERICO, Jur. Cand.

S. P. D. & P.

QVINQUAGESIMUS jam volvitur annus, ex quo in elec-
torali Brandenburgensium ad Viadrum universi-
tate, Docturæ, uti vocant, gradus solenniter mihi
collatus fuit. Majori tunc temporis hæc doctorum di-
gnitas in pretio erat, quam præsenti corruptissimo seculo,
quo imperiti juvenes, laborum ad jurisprudentiaæ
studium necessariorum pertæsi, vanos utpluriuum aula-
rum titulos aucupantur & ære redimunt, satis sibi pro-
spectum esse autemantes, si hac ratione in honoratorum
conventu alios antecedere, aut incutas pueras ad ma-
trimoniū secum contrahendum inducere queant, non
animadverentes, quam lubrico fundamento hic quæstus
honor nitatur, & quod splendentis iridis instar post bre-
vem temporis lapsum sepius dispalescat. Neque ta-
men inani ambitione ductus hæc honorum insignia tunc
suscepi, sed ut pium optimi Parentis implerem deside-
rium, qui studio legali memet à teneris dicaverat, aque
isto titulo decoratum videre, quam maxime optaverat,
sed morte præventus voti sui composieri nequiverat. In
eo igitur major felicitas mihi nunc contingit, quod divina
gratia non solum in Te, charissime fili, illud, quod
desideratissimo genitor meo fata denegarunt, conspicere,
sed & Temer in Jutorum cathedram publice produ-
cere, atque certamen paucorum disputeriorum moderari cle-

men-

1400

46 (o) 56

mentissime mihi concessit. Quare insolita hac latititia à supremo Numine affectus, non possum non, tam mihi, quam Tibi ex animo gratulari, simulque enixius precari, ut quem ad modum per doctoris hunc gradum ad altiora ascendere mihi licuit, ita Tu quoque fructus uberrimos ex illo, per totum vita tua decursum, percipias, & labentis justitiae fulcrum evadas firmissimum, atque publico civium bono abunde inservire valeas! Dabam Jenæ, die 25. Junii. An. M. DCC. XIX.

Nobilissimo Viro
IOANNI FRIDERICO WILD-
VOGELIO,

Summorum in vitroque iure honoram Candidato
clarissimo,

S. R. D.

CASPAR ACHATIVS BECKIVS, I. D. & P.
in Ducali Curia Aduocatus ord.

Ciceronis enunciatum est, nec medicos, nec imperatores, nec oratores, quamvis artis precepta perceperint, quicquam magna laude dignum, sine usu & exercitatione consequi posse. Idem vero etiam iurisprudentiae cultores, caussasque forenses oraturi, sibi dictum putare debent. Quamvis enim præcipuam artis boni & qui partem absoluunt legum cognitio, verisque ex principiis ducta interpretatio; tamen sola haec omne negotium haud conficit. In ipsis namque rerum argumentis philosophari oportet; prudentiæque magister censeri debet usus. Ceterum

1407

86 (18)

terum etiam in recta iuris cogniti adapplicatione praeceptis,
queis ratio pandendi merita causarum continetur, opus
est. Et horum quidem neglectus tanto saepe constare
solet malo, vt optima etiam causa perdatur, non rite for-
mato processu. Quæ licet vulgationa sint, quam ut alie-
quem latere possint; idco tamen heic mihi repetenda
sperunt, quod proprius norim, Te, *Nobilissime Candidate*,
non solum in illa iurisprudentia parte, qua materiam iudi-
ciorum spectat, quave causæ controversæ deciduntur, ye-
rum in ea quoque, quæ formam modumque procedendi
in foro respicit, insignes fecisse progressus; sicut virumque
hoc erudita disputatio, de ultima positione conscripta, satis
abundequæ testificatur. Cumque hanc ob doctrinam Tuam
factum sit, vt iure ac merito Tuo summos nunc in vtro-
que iure preneshonores, toto ex animo Tibi granulos; vt
que *Illustris Parentis Tui, Ireneconsulti undiquaque celebratissimi*,
vestigia, in aliis quoque honorum gradibus felici
pede sequi ac legere possis, sincera mente precor, votique
damnas fieri cupio. Vale.



P 472

X2403645



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-451802-p0046-3

DFG

B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red


Yellow

Green

Cyan

Blue

Farbkarte #13



DISPUTATIO INAUGURALIS JURIDICA
DE POSITIONE
ULTIMA
Von dem letzten Saß/
Quam
TRIUNO DEO ANNUENTE
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO
DN. GUILIELMO HENRICO,
DUCE SAXONIÆ, JULIÆ, CLIVIAÆ, AC MONTIUM, ANGARIAE,
WESTPHALIAEQUE ET RELIQUA,
IN ACADEMIA SALANA
EX DECRETO ILLUSTRIS JCTORUM ORDINIS
PRÆSIDE
DOMINO
CHRISTIANO WILDVOGELIO,
JCTO, SERENISSIMO DUCI ISENACensi A CONSILIS INTIMIS,
CURIAE PROVINCIALIS ASSESSORE, COLLEGIORUM JURIDICORUM
SENIORE, UT ET ANTECESSORE IN ACADEMIA
JENENSI
PARENTE OMNI PIETATIS CULTU ATQUE FILIALI OBSER-
VANTIA OMNE ÆVUM VENERANDO
PRO GRADU DOCTORALI
PUBLICÆ ERUDITORUM DISQVISITIONI SUBMITTIT
D. JUN. M MCC XVIII.
JOHANN FRIDERICH WILDVOGEL.

JENÆ, LITTERIS MULLERIANIS.

33

1718,28 a

